

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula VII. Non entis nulla est scientia

urn:nbn:de:bsz:31-102400

potius asserendum censent, à Spiritu S. notitiam in illis excitari, quam aliquid esse sine illo, quod ad ejus essentiam pertinet.

REGULA VII.

Non entis nulla est scientia.

I. post. t. 10.

I. Videtur id I. adversari iis, quæ diximus in explicatione *Reg. IV.* Nam predicata denominantia extrinsecè ab actu intellectus quò minus non enti competant, nihil prohibet, Sed aliquid sciri est hujusmodi denominatio. Infinitum & vacuum sunt non entia; nihil omnium tamen quædam earum est scientia. Agit enim de illis *Arist. III. & IV. Phys. & lib. I. de cælo.* Et Theologi de purgatorio tractant.

II. Notanda & hoc loco venit diversa acceptio entis & non entis. Primò enim sumuntur, ut respondent simplicibus conceptibus, sive, ut Philosophus *I. de interp. c. I.* loquitur, τῶ ἀπὸ συνθέσεως καὶ διαρέσεως νοήματι. intelligentiæ, quæ est sine compositione & divisione, & sic entia sunt homo, lapis; non entia, Chimæra, hippocentaurus, in quibus non est verum aut falsum, ut Aristoteles *ibidem* dicit. Secundò, pro vero & falso, quæ in compositione & divisione consistunt. Est enim sic ens idem, quod falsum, *VI. Metaph. t. 30.* Quæ significatio etiam *III. Top. c. IV.* & alibi apud Philosophum occurrit.

III. Hoc posteriori modo non ens in præsen-
ti

ti regulā quoque sumitur. Quod patet tūm ex eo quod opponitur vero. Ait enim *ἀληθινὸν ἢ δὲ καὶ εἶναι, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ ἀπὸν ὁπρῶτα* vera sicutur est oportet, sc. ea, ex quibus est de monstratio, quoniam non ens non est scientia; veluti diametrum communem habere cum latere quadrati mensuratum ex hoc ipso exemplo. Si enim dicas, diametrum est commensurabilis cum latere, non est sine compositione aut divisione; nec est non ens eodem modo, quo Chimæra aut hippocentaurus, sed adducitur ab Aristotele tanquam propositio falsa.

IV. Ea igitur sententia nostræ regulæ est: *Ἐστὶν quod falsum est, nulla potest esse scientia.* Scientiam enim esse necessarium, sive eorum, quæ aliter sese habere non possunt; decantatissimum est, & toties à Philosopho inculcatum, ut supervacuum sit textus adducere. At quod falsum est, non tantum potest aliter sese habere, sed reverà aliter se habere, ut perspicere est ex *H. Top. c. I. IV. Metaph. c. VII.* & aliis locis.

V. Estne ergo, inquis, scientia non entis, ut non ens priori modo sumitur? Existimo hinc etiam distinctionem non entis in *princ. Reg. IV.* propositam esse adhibendam. Ejus, quod ne potentiam quidem est, nullò modo est scientia. De eò autem quod actu quidem non est, potest tamen esse, secus pronuntiandum videtur; non quasi detur ejus scientia;

tia, quod
sed, quod
ipsum de
nim, Lun
rari etiam
Soli oppo

VI. V
nec est, n
strat enim
dari, nec

VII. U
explicetur

positivam
non est, e
esse & fals
gnitione h
tiam non
id, quod
non scien
rantiam
Aristoteli

trum esse
ut verum
pinio voca
non entis
falsa prop
negaret A
infiniti &

tia, quod actu sit, (hoc enim esset falsum scire) sed, quod licet actu non existat, de eo aliquid, aut ipsum de aliquo possit demonstrari. Scimus enim, Lunam diametraliter Soli oppositam obscurari etiam tum, quando non est eclipsis, nec luna Soli opponitur.

VI. Verum dicat quis etiam falsi, & ejus, quod nec est, nec esse potest, dari scientiam, Demonstrat enim Philosophus infinitum & vacuum nec dari, nec dari posse.

VII. Ut ad hoc respondeatur, & regula ulterius explicetur, dicendum, cognitionem esse duplicem, positivam & privativam. *Positiva cognitio ejus, quod non est, est, quando aliquis putat id, quod non est esse & falsam propositionem esse veram, de qua cognitione hic loquitur Aristoteles, dum dicit, scientiam non dari ejus, quod non est. Nam si quis id, quod falsum est, verum esse arbitretur, is non scientiam habet, sed deceptionem & ignorantiam; talem cognitionem significat ipsum Aristotelis exemplum: nam cognoscere diametrum esse commensurabilem lateri, est cognoscere ut verum, id quod falsum est, quæ potest quidem opinio vocari, sed nunquam scientia. Privativa autem non entis cognitio est, cognoscere ipsum non esse, & falsam propositionem falsam esse quæ cognitionem dari non negaret Aristoteles: propterea in libris Phys. docuit infinitum & vacuum non dari. Sunt verba Zabari in cit.*

f. 10.